



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 49. Lotharingii Cardinalis opinio circa institutionem Episcoporum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

postquam vero etiam Concilii Patres assentiebantur, in gratiarum actionem Sacrum solemniter peragendum decernebatur, quod & effectui datum, ac festively decantatum est a Pragensi Archiepiscopo, latinam panegyricam in hujus Principis laudem perorante Dudithio, cui etiam sex Cardinales, omnes Principum Oratores, cunctique Concilii Episcopi intererant, quorum plures postea prandio ab Archiepiscopo excepti sunt.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

Secundo nuntiabatur, quod Antonius Borbonius Navarræ Rex die decima septima Novembris ex vulnere in Rothomagensi obsidione accepto obierit. Hic Henrici IV, per quem stirps Borbonica in Francia sceptrum rotare ceperat, erat Pater, natusque die vigesima secunda Aprilis Anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo: dein vero uxorem duxit Joannam Albrechtam Navarræ Reginam, quæ Henrici secundi Navarræ Regis, necnon Margaritæ Valensæ Francisci I. sororis filia erat.

§. XLIX.

*Lotharingii Cardinalis opinio circa institutionem Episcoporum.*

Pridie, quam Antonii Navarræ Regis obitus nuntiabatur, seu die quarta

*Act. Nicolai  
Psalmaei  
part. 2.  
Decem-  
pag. 341.*

O o 5

Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

Decembris Lotharingus Cardinalis nondum auditis aliarum Nationum Partibus, eorumque sententiis, ipse in Congregatione post prandium habita opinionem suam exponebat, ac non sine magna eloquentia duabus omnino horis perorabat, plurimum tamen ultramontanis opinionibus, præcipue circa ea, quæ Papæ potestatem concernunt, insistebat. (\*)

§. L.

*Doctrinæ capita præprimis a Lotharingio explicata.*

Itaque

(\*) Mirum, quod Continuator communem Ecclesiæ sententiam (excepta unica Natione) semper nonnisi Ultramontanam opinionem nominare audeat, magis autem mirum est, quod Ultramontani per tot sæcula nullo Principum edicto, vel mandato, aut metu abstracti sponte tanquam veram universalis Ecclesiæ sententiam adoptarint, unice veritatis, ac rationum pondere stimulati: e contra ut recens sententia Ultramontanæ opposita, & Basileensibus schismaticis inventa nonnihil evalesceret, necesse fuerit, ut edicta Regum Cleri, Senatum &c. promulgarentur, iisque hujus sententiæ usus præciperetur, simulque intellectui, ac voluntati quodammodo vis inferretur.